

Sta in monte coram Domino.

Léctio libri primi Regum

19, 9a. 11-13a

In diébus illis:

^{9a} Cum venisset Elías [ad montem Dei Horeb],
mansit in spelúnca.
Et ecce sermo Dómini ad eum.

[9b-10]

- ¹¹ Et ait ei:
«Egrédere et sta in monte coram Dómino».
Et ecce Dóminus transit,
et ventus grandis et fortis
subvértens montes et cónterens petras ante Dóminum;
non in vento Dóminus.
Et post ventum, commótió;
non in commotióne Dóminus.
- ¹² Et post commotióne, ignis;
non in igne Dóminus.
Et post ignem, síbilus auræ ténuis.
- ¹³ Quod cum audisset Elías,
opéruit vultum suum pállio
et egréssus stetit in óstio spelúncae.

Verbum Dómini.